

**Augustus Varenius, S.S. Theol. D. Hebraicorum & Cateches. Christianae Prof.  
publ. Univers. Rostochiensis h.t. Rector, ad Exequiarum solemnia, Quae Coniugi  
pulcherrime olim nuper in primis ... Elisabethae Grundgripers/ Maritus  
moestissimus, Dn. Jacobus Schlorff/ Civis & XVI. Vir Rostochiensis ... d. XXII.  
Augusti parat ... Omnia ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. d. XXII.  
Augusti. Anno MDCLXII. Sub sigillo Rectoratus]**

Rostochi[i]: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524740>

Druck    Freier  Zugang



Varenius, A.,

in E.Grundgriper,

uxor. J. Schlorff.

R. 1662.

45





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777524740/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524740/phys_0003)

DFG



# AUGUSTVS VARENIVS,

S. S. Theol. D. Hebraicorum & Cateches.

Christianæ Prof. publ. Univers. ROSTOCHIENSIS 159.

h. t. Rector,

ad

Exequiarum solemnitatis

Quæ

CONJUGI pulcherrimam

nuper in primis, læto (extra proprium letum si  
fuisset) puerperio de se merenti,

Fœmina extra virtutis, imaginum, laudumq; sui  
sexus aetam posite,

# ELISABETHÆ

Grundgripers,

Maritus mæstissimus,

# DN. JACOBUS SCHLORFF

Civis & XVI. Vir Rostochiensis

Clarissimus,

In templo Mariano ad horam I. postmerid. d. XXII.

AUGUSTI parat, Optimorumq; lugubri frequentia coronari  
desiderat,

Omnium ordinum Cives Academicos, eâ  
quâ par est, autoritate & humanitate  
invitat.]

---

ROSTOCHI, Literis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.

ANNO CLXII.





Loriosa, planeq; triumphalis Lacedæmoniis æstimata mors illorum, qui, dum militarunt fortiter, necnisi pro Patriâ, inter excepta non timido tergo: sed obiecto pectore impavido, vulnera, Victores in ipsâ pallidâ morte, ceciderant, quorum sepulcris quoq; discretâ peculiariq; ceremoniâ redditus honor novissimus: &, si longius quidem à patriâ ceciderant bellatores, pro dignitatis virtutisq; suæ ratione condebandur in castris, quomodo generosi illi Spartani, qui in prælio adversus Mardonium Spiritus invictos cum sanguine profuderant, tribus sepulcris discretis condebandur, SACERDOTES uno, CIVES altero, SERVI tertio: Si verò non longè à patriâ, stantes occubuerant, magnâ Amicorum, Matrum in primis SPARTANARUM pompâ, castris efferebantur, & avitis domise pulcris inter frequentes exequias inferebantur, prout, quos fugaces mors persecuta prostraverat, qui nihil adversi vulneris: sed aversa saltē cruenta ostentabant, castris, & promiscuæ ignobilisq; sine ceremoniâ & solemnibus exequiis sepulturæ relinquebantur. Spartanis quippe, quorum respectus ad virtutem sagatam principali ubiq; fuit in Republicâ, mors potior, ullo vel minimo de-

mo dedecore. Neq; facile visum spectaculum de testa-  
bilius, quam si quis dum,

mors  $\mathfrak{C}$  fugacem persequitur Virum

nec parcit imbellis Juventæ

poplitibus, timidove tergo

fugiendo, vulnus averso corpore excepisset: quod ut  
averterent dedecus, Unumquemq; Civiū, ut fortius ad-  
versus hostes pugnaret, *aviti sepulcri gloriā*, ceremoniisq;  
solemnibus accendere voluerunt, quas non ejulatus vel  
lamentatio ( nec enim hanc in funeribus admittebat  
fortitudo Spartana, quæ & *luclum privatum* vel ve-  
stibus vel corporis habitu significatum undenis diebus fini-  
re jubebat, nec ultra dies XI. permittebat ) sed Virtutis  
admiratio, & *in scriptum*, quod ad delubra vel templa,  
( prout nos quoq; in areis circa ædes sacras tale quid para-  
mus ) statuebatur *monumentum*, ipsaq; gravitas exequias  
euntium attollebat. Neq; vero monumenta *in scripta*, titulo  
scilicet & Honoris elogio, permittebantur, nisi solis illis, qui  
pugnantes in bellis occubuerant. Judicium committebatur  
**MATRIBUS:** unde illud in Institutis Lacedæmoniorum:  
**QUI IN PRÆLIO CÆSI, AN AD SEPULTURAM**  
**DOMUM FERENDI SINT, INSPECTIS CORPO-**  
**RIBUS JUDICENT IPSÆ MATRES.** Instituti ratio-  
nen descripsit Ælianus lib. XII. c. XXI. *Lacedæmoniorum*,  
inquit, *Matres, quotquot audiverunt Filios suos in pugna ce-*  
*cidisse, abire solebant,  $\mathfrak{C}$  inspicere vulnera, tam aversis,*  
*quam adversis corporibus inficta. Et si plura ex adverso essent*  
*facta,*

facta, exstantes cum gravi & severo vultu in patrum sepul-  
cra Filios deferebant: si in alio modo vulnera accepissent, puae-  
factæ inde & lacrimantes, festinanter & clam discedebant re-  
lictis Mortuis, ut in communi sepulcro humarentur, aut fur-  
tim surreptos in propria sepulcra deportabant. Satis de Spar-  
tanorum lege, quam (cum nullus extra virtutem sexus  
sit) si præsenti Nobilis PUERPERÆ, Virtute, genere,  
cunctisq; sui sexus laudibus fulgidissimæ quondam Fœ-  
minæ, in floridissimâ ætate, cum triumphali puerperio Ma-  
tris Victricis pulcherrimum nomen vix occupasset, &  
primi partus *Hilaria* Parentibus, ipsi præprimis Marito,  
dedisset, velut in militiâ pro patriâ occubentis, funeri  
applicamus, nihil præter rem fecisse, Matribus videbi-  
musr, post judicium imprimis generosioris illius  
Euripid. *Mysæ*. quæ inter plumbeos missilium nimbos ter-  
malebat stare in prælio, quam semel in puerperio: unde  
illa vox: ος τεις ἀντ' αὐτούσια σῆμα γέλων ἀν πάλλον, η τεῦν ἀπεξ.  
Licebit idem post impositam Matribus jant olim in Para-  
diso legem: *Admodum multiplicabo dolorem tuum, dolorem sc. conceptus tui: IN DOLORE PARIES LIBEROS*  
Gen. 3. 16. post sententiam SERVATORIS: *Mulier, cum parit, DOLOREM HABET* Joh. 16. 21 post adagium illud  
sacrū, quod incomparabiles calamitates adumbrat puer-  
perii doloribus, in primis, ubi venerunt Filii usq; ad os matri-  
cis, & vis ad partum deficit Jes. 37. 3. post exemplū fortissi-  
mæ quondam sanctissimæq; Puerperæ Rachelis, quæ cum  
non procul ab Immanuelis patriâ, in regione sc. Bethle-  
hemita,

hemitica, ubi futura olim Rachel s. piarum Matrum turba, JESUM INFANTEM EXULEM (אִינְנוּ) erat acerbissimis lacrymis prosecutura Jer. XXXI. 11. ) Jacobo Filiorum novissimum paritura, difficulti partu uteretur, audivit vocem *obstetricis* acclamantis: *NE TIMEAS* nam etiam hic tibi Filius est, & ubi jam in supremis labris versabatur egressura anima, vocavit nomen *Infantis*: **BEN-ONI** i. e. **FILIUM DOLORIS MEI** Gen. XXXV. 18. post exemplum nurus Heli, uxoris Pinchasi, quæ prægnans proxima partui incurvavuit se, ut pareret, quia irruerant in eam dolores ejus: & cum adstantes Matres eidem moritur & acclamarent: *Ne timeto: nam FILIUM PE-  
PERISTI*, non tamen respondit, neq; apposuit animum suum. Indidit tamen puerο nomen **ICABOD** i.e. *Ubi gloria?* addendo: *Emigravit gloria ab Israel.* 1. Sam. 4. 20. 21. Tanta scil. res est Puerperam esse, ut non minus hæc Pontificis nurus patiatur in puerperio, quam Maritus in prælio. Annon ergo solemnibus exequiis efferenda præsens nostra Puerpera sit triumphali plausus? Annon eidem debeatur *inscriptum monumentum*, **INSPECTO CORPORE JU-  
DICENT IPSÆ MATRES:** præsertim cum Spartani-  
rum leges ante iverit **JACOBUS**, qui cum mortua Rachel incomparabilibus amoribus dilectæ tumulum jam fecisset, in via Bethlehemita, tumulo statuam superaddidit, quæ longissime deinceps nomen retinuit, *inscripta: STATUA SEPULCRI RACHEL*. Gen. 35. 20. Παρεδόξην haut abs re appellat Bibliothecarius Catholicus Diod. Siculus Hi-  
stor.

stor. lib. 5. Corsicanorum institutum καὶ τὰς πίκιαν γενέσις  
quod his verbis exprimit: Οὐτοις ἡ γυνὴ τέκη, τάντης μεν οὐδεμία  
γίνεται τοῖς τὴν λοχίαν θημέλεια ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς ἀναπεσὼν ἵστι νοσῶν λο-  
χεύεται τηκτὸς ἥμερος, ὃς τὸν σώματόν τοιν κρυπταθεῖσιν. Sensus est: Puerperæ nullam in puerperio curam geri: sed  
Maritum velut aegrum seu corpore male affectum in lecto de-  
cumbere, εἰς per certos dies in lecto puerperam agrotantem  
repræsentare. Barbarum illum more Diiodorus ipse miratur  
& absurdum agnoscit, quanto magis nos, postquam pu-  
erperarum curam religiosè Lex per integrlos illos, dies, qui-  
bus primò velut ἄποινοι, inde ἐλαχίστης ή κάταρος λο-  
χίας, commendavit: neq; enim in partu saltem periculum:  
sed & postquam mulier peperit, et si ex sobole natâ, gau-  
dium concipit, illa tamen hilaria in lacrymabiles Elegias  
RACHEL moriens læpè convertit. Quod si quis post tot  
exemplorum fidem negare ausit, adspiciat tumulum.  
Nobilis εἰς Floridissimæ Puerperæ ELISABETHÆ, beatissi-  
ma nunc, &c., post militiam, palmas Cœlestes ostentantis, cu-  
jus manibus peculiarem memoriam ex virtute pariter  
propriâ & Majorum gloriâ debemus. Natalis illi ter-  
ris dies fuit XI. MAIJ. ANNO cl̄ Ioc XLII. cui natalis coe-  
lestis Lavacro regenerationis insignis paulò post succes-  
sit, & Sanctissimum, in quo memoria seu respectus adjurandum  
divinum, & pactum adeò in Cornu salutis juratum  
designatur apud Hebræos, וְלִישְׁבַּע, quod occidenta-  
les ELISABETHAM enunciamus, nomen, duabus in-  
primis Sacerdotibus Matronis, alterā uxore AHRONIS,  
alterā

S A C H A R I Æ Sacerdotis, Matris JOHANNIS BAPTILSTÆ, nobilitatum in sacris, nomen accepit. Fulgent undiquaq; clarissimæ virtutibus & dignitatibus imagines, duo secula felici saltu jam transcendentes, & feudis nobilibus, testibus investiturarum veterum literis insignes. Superat (& quam diutissimè superet!) Vir Prudentissimus CHRISTIANUS Grundgriper, Serenissimo ac Celsissimo PRINCIPI AC DOMINO DOMINO GUSTAVO ADOLPHO, Duci Mekleburgico, DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO à rationibus in *Praefecturâ Gustrovieni*, Pater piè defunctæ nunc mœstissimus, per quem *Avum adeò Proabumq; Paternum* venerata quondam duos ANTONIOS, Senatores Parchimenses clarissimos, Abavum MATTHÆUM Consulem Parchimensem gravissimum, cui conjux DOROTHEA ex nobilissimâ *Bekendorfforum* familia oriunda, Aviam Paternam CATHARINAM Heinisch/ M. D A VIDIS Heinisch/ Consulis Prizvaldensis, & ordinum Paleomarchicorum Syndici fulgidissimi filiam: Proavias item paternas, MARGARITAM Meyers/ & JUDITHAM Chemnitz/ ex CHEMNITORUM fulgidissimo tot eminentissimis Viris stemmate pronatam. Venerata quondam Matrem DOROTHEAM Bossoven, Matronam primariam, (cui, Filiæ profluxuros ad ætatem jam olim à Mose circumscriptam Deus annos addat!) Avum Maternum HENRICUM BOSSOV Consulem Parchimensem. Aviam Maternam ANNAM Elandrians/ DANIELIS Elandrian Consulis olim Gustroviensis eminentissimi & MARGARITÆ Krügers nobilissimæ quondam Matronæ Filiam: Proavum Maternum JOACHIMUM BOSSOV per 40. annos in inclutâ, dum stabat in columnis, regnumq; vigebat Consiliis, Parchimensi, Consulē multis meritis inclutum: quibus omnibus posthuma meritorum fama sufficit sine nostris elogiis & titulis. Tot adeò nunc cœlo splendidissimis astris nostrum sidus additur,

& tot

& tot umbris post obitum nunc annumeratur umbra.  
PUER PERÆ vel FOEMELLIPARÆ potius ELISABETHÆ,  
quæ cum in ipso ætatis ac virginitatis flore connubio mansuro  
d. 23. April. Anni superioris juncta esset Viro Clarissimo D O-  
MINO JACOBO Schorff Civi & XVI. Viro Rostochiensi  
fulgidissimo, & nuper d. 6. Augusti elegantissimâ prole, cui ex  
Baptismo nomen ascendit MARGARITÆ DOROTHEÆ, pa-  
rentem hunc fecisset, citò repetiit originem, & astra sua,  
doloribus illis, quos partus post se relinquit, febri acutâ conti-  
nuâ, insomniâ, sudore colliquativo, siti intolerabili, aliisq;  
symptomatibus lœse immiscentibus, & ingeniosissimorum ac  
pretiosissimorum medicamentorum, ipsiusq; Excellentissimi  
& Experientissimi Medici ac Professoris & Reip. Physici JO-  
HANNIS BACMEISTERI Doctoris celeberrimi, Collegæ  
honoratissimi, virtutem pariter ac studium adeò fruantibus,  
ut succubuerit tandem fessum ex partus militâ corpus, & ad  
meliora festinantem spiritum emiserit intempestâ nocte, ho-  
rà inter 12. & primâ auspicante diē 18. AUGUSTI. Et sic abiit,  
abiit, lucidissima chorifœminei stella, in cœlesti palatio con-  
stantius & Potentius deinceps fulsura, cujus nunc umbris  
sub terras ituris id tantum dare possumus, ut frequentes exe-  
quias eamus.

Quod ut honoratissimi Academiæ nostræ  
Cives in honorem Denatæ, in solamen mœstissimorum Mariti  
iuprimis & Parentum faciant, eâ, quâ par est, autoritate  
& humanitate illos invitamus. Inter eundum medi-  
temur illud Tertull. in de Coron. Milit. *Omnia*  
*imaginaria in seculo & nihil veri.*

P. P. d. XXII. AUGUSTI. Anno  
MDC LXII. Sub sigillo RE-  
CTORATUS.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777524740/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524740/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777524740/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524740/phys_0014)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777524740/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524740/phys_0016)



S A C H A R I Æ Sacerdos, STÆ, nobilitatum in sacris undiquaq; clarissimæ virtutibus secula felici saltu jam transcendebus investiturarum veterum quam diutissimè superet ! )  
 STIANUS Grundgriper, Seren AC DOMINO DOMINO G Mekleburgico, DOMINO N rationibus in Prefecturâ Gustrovœ mœstissimus, per quem Abum acta quondam duos ANTONIOS rissimos, Abavum MATTHÆI gravissimum, cui conjux DOR dorflorum familiâ oriunda, AV NAM Heinisch/ M. D A VIDIS Ordinum Palæomarchicorum Sy vias item paternas, MARGA THAM Chemniß/ ex CHEM eminentissimis Viris stemmate dam Matrem DOROTHEAM (cui, Filiae profluxuros ad æta scriptam Deus annos addat !) A BOSSOV Consulem Parchime NAM Clandrians / DANIELIS stroviensis eminentissimi & M simæ quondam Matronæ Filiar CHIMUM BOSSOV per 40. a columis, regnumq; vigebat C multis meritis inclutum : quib rum fama sufficit sine nostris nunc cœlo splendidissimis

HANNIS BAPTIL accepit. Fulgent tibus imagines, duo eudis nobilibus, tegnes. Superat (& antissimus C H R I elissimo PRINCIPI ADOLPHO, Duci LEMENTISSIMO à piè defunctæ nunc g Paternum venera es Parchimenes cladem Parchimensem ex nobilissimâ Beken nam CATHARI nsulis Prizyvaldensis, issimi filiam: Proa Meyers / & JUDI LM fulgidissimo tot Venerata qvonastronam primariam, m à Mose circumnum HENRICUM im Maternam AN Consulis olim Gu E Krügers nobilis in Maternum J O A uta, dum stabat in archimensi, Consulē post huma merito titulîs. Tot adeò um sidus additur, & tot

